HILARIUS PICTAVIENSIS. ALBERTUS MAGNUS

Melk, um 1467 Seite 74r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40167
Copyright: Melk, Benediktinerstift



deputabimus que unctio ob meritum dilecte iustitie et perose iniquitatis indulta sit. puectus potius per unctionem unigenitus deus quam genitus intelligitur. Iamque per incrementa et puectus deus consumabitur quod non natus sit deus sed in deum unctus sit ex merito. etiam per causam erit deus xpus et non omnis causa per deum xpm. Et ubi illud apli erit omnia per ipsum et in ipso et ipse est ante omnes et omnia ipsi constant. Deus enim dns ihs xpus non ob aliquam neque per aliquam deus est. sed deus natus est. Et quod ex generatione deus est. non post nativitatem in deum per causam perfecit sed in eo quod natus est. nichil aliud nascendo quam deus est. Cum vero ungitur ex causa non ad id quod incremento non eget spectat unctionis perfectus sed ad id quod per incrementum sacramenti perfectum egit unctionis idem ut per unctionem sanctificatus homo nr xus existeret. Si igitur nunc quoque per prophetam suum dispensatio demonstratur ob quam a deo suo per participibus ungitur. ut propterea quia iustitiam dilexerit et iniquitatem oderit ungatur. cur prophete sermo non ad eam xpi naturam pertinebit in qua ei sunt ex carnis assumptione participes cum per sermonem ita se prophetie spus temperaverit. ut dum deus a deo suo ungitur sit et in dispensatione unctionis quod deus suus est et in natura quod deus est. Deus igitur ungitur. Sed quero an id quod in principio deus verbum erat unctum sit. Non utique. Nam posterior deo unctio est. Et cum non ubi nativitas quod in principio apud deum deus erat uncta sit in deum necesse est ungatur quod posterius sit in dispensatione quam deus est. Et deus a deo suo ungitur id ungitur quod ab eo in misterio carnis similiter susceptum est. Nemo igitur magne pietatis sacramentum quod manifestatum in carne est sensu impio violet. ne se quisquam unigenito per substantiam divinitatis exequet. Sit nobis ille et frater et particeps secundum quod verbum caro factum habitavit in nobis. secundum quod mediator dei et hominum homo ihus xpus est. Sit nobis secundum servos et conservus pater et communis deus. Et per participibus unctus sit in ea natura cum privilegio licet unctus quam participes ungantur. Sit in mediatoris sacramento ut homo verus ita et deus verus. Deus ipse ex deo communem nobiscum habens patrem ac deum in ea communione quam frater est. Sed forte subiectio illa regnique traditio. deinde finis aut nature obolitio aut potestatis defectio aut divinitatis infirmitas sit intelligenda. Plerique enim ita volunt. ut aut dum subiectis omnibus deo subicitur per conditionem subiectionis deus non sit. aut dum regnum tradit non sit in regno. aut dum finis est finem eius defectio consequatur. Congruum itaque est omnem super his apli a sermonis sensum retractare. ut singulorum quorumque dictorum ratione exposita atque edita sacramenti totius capaces veritatis intelligentiam prebeamus. Ait itaque. Quoniam enim per hominem mors. et per hominem resurrectio. Quomodo enim in adam omnes moriuntur sic et in xpo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine. Primitie xpus deinde hii qui sunt xpi in adventu eius: deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri. cum evacuaverit omnem principatum et potestatem. Oportet enim illum regnare. donec omnes inimicos sub pedibus suis. Deus enim omnia subiecit sub pedibus eius. Novissima inimica devicta est ab eo mors. Cum autem dixerit omnia subiecta sunt absque eo qui illi subiecit omnia. Cum autem subiecta fuerint ei omnia tunc ipse subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia ut sit deus omnia in omnibus. Celestium dispensationum archana. apli us non ab hominibus neque per hominem sed per ihm xpm electus gentium magister quanta potest absoluti sermonis significatione demonstrat. Et quod menarrandum usque ad tertium celum raptus audisset. ea tamen. quorum natura humana capax esset. sensui humane intelligentie revelavit. non ignorans tamen quedam non statim posse eque ut audiuntur intelligi. quia infirmitas nostra aliter in verum atque absolutum mentis iudicium. ea que in aures transfunderentur acciperet longiore ad cunctandum mora. sensui potius quam auditui delicta. cum et audisse vocis sit et intellexisse rationis. Deo tamen intelligentie cupidis revelante. Namque ad thimotheum paulo ac matris gloriosam fidem sacris abinfantia litteris institutum scribens plurima. hoc quoque addidit. Intellige que dico. Dabit enim tibi dns in omnibus intellectum.

intelligenciam

Animotio intelligendi ex difficultate intelligentie est. Intelligentie vero a deo donum fidei munus est. per quam infirmitas sensus gratiam revelationis meretur. Ergo si thimotheus apli co testimonio homo dei. et legitimus paulo secundum fidem filius ut intelligat admonetur. quia ei dns intelligentiam in omnibus sit daturus. nos quoque admoneri per apli m ad intelligentiam meminerimus scientes dum nobis intelligentiam omnium prestaturum.